oēs serui eius. q̄ audieſt vniuersos ser  
mones istos. Clerūtāmē helnathan et  
dalaia et gamarias contradixerūt regi  
ne abureret libru et nō audiuit eos. Et  
p̄cepit rex hieremiel filio amalech et sa  
raie filio esriel et semie filio abdehel et  
cōprehenderent baruch scribā et hiere  
mīa prophetam. Abscondit aut eos do  
minus. Et factū est verbū domini ad hiere  
mīam prophetam postq̄ cōbussarat rex  
volumen et sermones quos scripſerat  
baruch ex ore hieremie dicēs. Rursum  
tolle volumē aliud et scribe in eo oēs ser  
mones p̄ores qui erant in primo volu  
mine quod cōbussit ioachim rex iuda.  
Et ad ioachim regē iuda dices. Hec di  
cit dominus. Tu cōbussisti volumē istud oī  
cēs. Quare scripſisti in eo annūciās. fe  
stinus veniet rex babilonis. et vastabit  
terrā hāc. et cessare faciet ex illa hominē  
et iumētū. Propterea hec dicit dominus de  
contra ioachim regem iuda. Non erit  
ex eo qui sedeat sup solū dāvid. et cada  
uer eius p̄iūcetur ad estū p̄ diem et ad  
gelū per noctem. Et visitab⁹ contra eū  
et contra semē eius et contra seruos ei  
iniquitates suas. et adducam super eos  
et sup habitatores hierlm et superviros  
iuda omne malum quod locutus sum  
ad eos. et non audierūt. Hieremias au  
tem tulit volumē aliud et dedit illud ba  
ruch filio nerie scribe. q̄ scripsit in eo ex  
ore hieremie oēs fmones libri quē cō

# Hieremias

bussurat ioachim rex iuda igni et insuper  
additi sunt sermones multo plures ante  
tea quae fuerant.

XXXVII

T regnauit rex sedechias filius  
e io sie pro iechonia filio ioachim  
que constituit regem nabuchodo-  
nosor rex babylonis in terra iuda et non  
obediuit ipse et serui eius. et plu sterre  
verbis domini que locutus est in manu hie-  
mie pplexus. Et misit rex sedechias iu-  
chal filium semelie et sophoniā filium maa-  
sie sacerdotē ad hieremiam prophetā dicēs.  
Ora pro nobis dominum teum nō m. Hieremias  
autē libere ambulabat in medio populi.  
Nō enim miserat eum in custodiā carceris.  
Igit̄ exercit⁹ pharaonis egressus est degi-  
pro. et audiētes chaldei que obsidebat hie-  
rusalē huiuscmodi nūcū recesserunt  
ab hierlm̄. Et factū est verbum domini ad  
hieremiam prophetam dicēs. Hec dicit do-  
min⁹ deus ist⁹. Sic dicetis regi iuda que  
misit vos ad me interrogandū. Ecce ex-  
ercitus pharaonis qui egressus est vob⁹  
in aurilū reuetuetur in terram suaz⁹ in  
egiptū. et redient chaldei et bellabit̄ sc̄i-  
uitate hāc. et capient eam et succendent  
igni. Hec dicit domin⁹. Nolite tecipe aias  
vras dicētes. euntes abibūt et recedēt  
a nobis chaldei. quod nō abibūt. Sed et  
si percusseritis oēm exercitū chaldeorū que  
prelianter aduersum vos et terelicti fu-  
erint ex eis aliqui vulnerati. singuli te-  
tentorio suo surgēt. et incendēt ciuita-  
tem hanc igni. Ergo cū recessisset exer-  
cit⁹ chaldeorū ab hierlm̄ ppter exerci-  
tū pharaonis egressus est hieremias de  
hierlm̄ ut iret in terrā beniamin et di-  
uidaret ibi possessionē in aspectu ciuitū.  
Cumque pueniss⁹ ad portā beniamin erat  
ibi custos porte prōices noīe hierias fi-  
lius selemie filij ananie et apprehendit  
hieremiam prophetā dicēs. Ad chaldeos p-  
fugis. Et rūdit hieremias. Falsum est.  
nō fugio ad chaldeos. Et non audiuit  
eū sed cōprehēdit eū hierias hieremiam  
et adduxit eū ad pncipes. Quāobrem  
irati pncipes contra hieremiam. cestum  
eū miserūt in carcere qui erat in domo

ionathan scribe. Ipse enim prepositus  
erat sup carcere. Itaqz ingressus ē hie-  
remias in domū laci et in ergastulū. et se-  
dit ibi hieremias dieb⁹ multis. Mittēs  
autē sedechias rex tulit eū. et interrogas-  
uit eum in domo sua absconde. et dixit  
Putas ne ē sermo a domino. Et dixit  
hieremias. Est. Et ait. In manus re-  
gis babilonis traderis. Et dixit hie-  
remias ad regem sedechiaz. Quid pecca-  
ui tibi et seruis tuis et plo tuo. quod misi-  
sti me in domū carceris. Tibi sunt pro-  
plice vī qui prophetabāt vobis et dice-  
bant non veniet rex babilonis sup vos  
et sup terram hanc. Hic ergo audi oī  
secro dñe mi rex. Glaleat depcatio mea  
in cōspectu tuo. et ne me remittas in do-  
mū ionathē scribe ne moriar ibi. Prece-  
pit ergo rex sedechias ut traderet hie-  
remias in vestibulū carceris et daret ei  
torta quotidie panis. excepto pulmēto  
donec cōsumerentur omnes panes de-  
ciuitate. Et mansit hieremias in vesti-  
bulo carceris.

XXXVIII

Eldiuit autē saphaciae filii ma-  
dian et hiedelias filius phassur  
et iuchal filii selemie et phassur  
filius melchie km̄des que hieremias lo-  
qbaſ ad oēm p̄līm dicēs. Hec dicit do-  
minus. Quicqz manserit in ciuitate  
hac moriet gladio et fame et peste qui au-  
tem profugerit ad chaldeos viuet et et  
anima cius sospes et viuens. Hec dicit  
dom⁹. Tradendo tradetur ciuitas hec in  
manu exercitus regis babilonis. et capi-  
et eam. Et dixerūt pncipes regi. Ro-  
gamus ut occidas hō iste. De idustria  
eī dissoluit manus viorū belantiū que  
remanserunt in ciuitate hac. et manus  
vniuersi p̄līloquens ad eos vniuersa  
verba hec. Siqdem hō iste non querit  
pacē plo huic sed malū. Et dixit rex se-  
dechias. Ecce ipse in manib⁹ vī ē. nec  
eī fas est vobis quicqz negare. Tule-  
runt ergo hieremiam et proicerunt eū  
in lacum helchie filij amelech qui erat  
in vestibulo carceris. et submiserunt  
hieremiam in funib⁹ in lacum in quo

non erat aqua sed lutum. Descendit itaque hieremias in cenum. Audiuit autem ab demelech ethiops vir eunuchus qui erat in domo regis. quod misserent hieremiam in lacum. Porro rex sedebat in porta benniamini. Et egressus est ab demelech de domo regis. et locutus est ad regem dicens. Domine mihi rex male fecerunt viri isti oia quae cuncte pretererunt hanc hieremiā prophetā militantes eum in lacum ut moriar ibi fame. non sunt enim panes ultra in ciuitate. Precepit itaque rex ab demelech ethiopi dices. Tolle tecum hinc triginta viros. et leua hieremiā prophetā de lacu ante quae moriar. Assumptus ergo ab demelech fecit viris ingressus est domum regis quod erat sub cellario et tulit inde veteres panos et annosque quod appulerat et submisit ea ad hieremiam in lacum per funiculos. Dixitque ab demelech ethiops ad hieremiam prophetam. Nonne veteres panos et hec scissa et pulchra sub cubito manuum tuarum. et super fines. Fecit ergo hieremias sic. Et extraxerunt hunc hieremiam funib[us]. et eduxerunt eum de lacu. Mansit autem hieremias in vestibulo carceris. Et misit rex sedechias et tulit ad se hieremiam prophetam ad ostium tertium quod erat in domo domini. Et dixit rex ad hieremiam. Interrogo ego te secundum ne abscondas a me aliquid. Dicit autem hieremias ad sedechiam. Si annunciauero tibi nunquam non interficias me. Et si consilium dedero tibi. non me audies. Juravit ergo rex sedechias hieremie claram dices. Cuiuit dominus quod fecit nobis aiam hanc. si occidero te et si tradidero te in manus viorum istorum quod querunt aiam tuam. Et dixit hieremias ad sedechiam. Hec dicit dominus exercitum deus noster. Si perficimus exercitus ad principes regis babylonis. viuet aiam tua et ciuitas hec non succedet igni. et saluus eris tu et dominus tua. Si autem non exieris ad principes regis babylonis. tradetur ciuitas hec in manus chaldeorum et succedet ea igni et tu non effugies de manu eorum. Et dixit rex sedechias ad hieremiam. Sollicitus sum propter iudeos quod transfugeant ad chaldeos. ne forte tradatur in manus eorum et

illudatur mihi. Redit autem hieremias et dicit ei. Non te tradet. Audi quod vocem domini quam ego loquor ad te. et bene tibi erit. et viuet aiam tua. quod si nolueris egredi. iste est sermo quem ostendit mihi dominus. Ecce omnes mulieres que remanserunt in domo regis iuda. educentur ad principes regis babylonis. et ipsi dicent. Seduxerunt te et preualuerunt aduersum te viros pacifici tui. temerarunt te in ceno et in luce pedes tuos. et recesserunt a te. Et omnes uxores tue et filii tui educentur ad chaldeos. et non effugies manus eorum. sed in manu regis babylonis capieris. et ciuitate hac comburet igni. Dixit ergo sedechias ad hieremiam. Nullus sciet verba hec. et non morieris. Si autem audierint principes quod locutus sum tecum et venerint ad te. et dixerint tibi. indica nobis quid locutus sis cum rege ne celes et non interficiemus et quod locutus est tecum rex. dices ad eos. Prostravi ego precies meas coram rege. ne me reduci in beret in domum ionathan et ibi morerer. Clemen ergo oes principes ad hieremiam et interrogauerunt eum. Et locutus est eis iuxta omnia verba quod precepit ei rex. Et cessauit ab eo. Nihil enim fuerat auditum. Mansit vero hieremias in vestibulo carceris usque ad diem quo captus est hierusalem. Et factum est ut caperetur hierusalem.

### XXXIX

Anno nono sedechie regis iuda a mense decimo venit nabuchodonosorus rex babylonis et ois exercitus eius ad iherusalem et obsidebat eam. Undecimo autem anno sedechie mensa quarto. quinta mensis aperta est ciuitas. et ingressi sunt omnes principes regis babylonis et sederunt in porta media. neregel seres semegar nabursarsathim. rapsaces neregel seres rebmag et oes reliqui principes regis babylonis. Cumque vidisset eos sedechias rex iuda et omnes viros bellatores fugerunt et regressi sunt nocte de ciuitate per viam horti regis et per portam que erat inter duos muros. et egressi sunt ad viam deserti.

# Hieremias

Persecutus est aut̄ eos exercitus chaldeor̄ et p̄fenderūt sedechiā in campo solitudinis hierichontine. et captū ad duxerūt ad nabuchodonosor regē babilonis in reblatha q̄ ē in terra emath. et locutus ē ad eum iudicia. Et occidit rex babilonis filios sedechie in reblatha i oculis eius. et oēs nobiles iuda occidit rex babilonis. Oculos q̄z sedechie eru it. et vinxit eū p̄pedib⁹ ut ducere f̄ in babilonē. Domū q̄z regis et domū vulgi succederūt chaldei igni et mūrū hierlm̄ subuerterūt. Et reliqas pp̄li q̄ remāserant in ciuitate. et pfugos q̄strassugerat ad eū et supfluos vulgi q̄ remanserant trāstulit nabusardan mḡo militū in babilonē. et de plebe pauper q̄ nihil penit̄ habebat. dimisit nabusardā mḡo militie in fra iuda et dedit eis vineas et cister nas in die illa. Precepit aut̄ nabuchodonosor rex babilonis de hieremia. nabusardan mḡo militum dicens. Tolle illū et pone super eū oculos tuos. nihilq; ei malifacias. sed ut voluerit sic facies ei. Visit ḡ nabusardā princeps militie et nabu et selban et rapsaces et neregel et serefer et rebmag et oēs optimates regis babilonis. miserūt et tuierūt hieremias de vestibulo carceris. et tradiderūt eum godolie filio aichā filii saphan ut intra ret in domū et hitaret in pplo. Ad hiere miā aut̄ factus fuerat fimo dñi cū clausus esset in vestibulo carceris dicēs. vade et dic abdemelech ethiopi dicēs. hec dicit dñs exercituū de israel. Ecce ego inducā sermones meos super ciuitatez hanc in malū et non in bonū. et erunt in cōspectu tuo in die illa. et liberalo te in die illa ait dñs. Et nō traderis in manus viroꝝ quoſtu formidas sed eruēs liberalo te et gladio nō cades. sed erit tibi anima tua in salutem q̄z i me habu isti fiduciam ait dñs.

XL

Ermo q̄ factus ē ad hieremias  
a dño postq; dimissus est a na busardā mḡo militie de rama q̄n tulit eū vinctū catenis i medio oīm qui migrabat de hierlm̄ et iuda et duce

bantur in babilonē. Tolleis ergo p̄ni ceps milie hieremīa dixit ad eū. Dñs deus tu? locutus ē malū sup locū istūz et adduxit et fecit dñs sicut locutus est q̄z peccasti dño et non audistis vocem eius. et factus est vol i 3 sermo hic. Nūc ergo ecce solui te hodie de catenis que sunt in manib⁹ tuis. Si placet tibi vt venias meū in babilonē veni et ponam oculos meos sup te. Si aut̄ displicet tibi venire meū in babilonem. reside. Ecce omnis terra in cōspectu tuo ē. qđ elegeris et quō placuerit tibi vt vadas illic pge. et meū noli venire sed habita apud godoliam filiū aichā filii saphani quem preposuit rex babilonis ciuitati bus iude. Habita ergo cū eo in medio populi. vel quoq; placuerit tibi vt vad as vade. Dedit quoq; ei mḡo militie cibaria et munuscula et dimisit eū. Venit aut̄ hieremias ad godoliā filiū aichā in masphat. et habitauit cum eo in me dio populi q̄ relictus fuerat i terra. Cū q̄ audissent omnes principes exercit⁹ q̄ disp̄si fuerant per regiones ipi et socii eorū q̄ prefecisset rex babilonis godoliam filium aicham terre et q̄ cōmen dasset ei viros et mulieres et paruulos et de pauperib⁹ terre qui non fuerant trāslati in babilonem. venerunt ad godoli am in masphat et hismael filius nathanie et iohannan filius caree et ionathan et sareas filius thenometh et filii offi. q̄ erant de nethophati et iechonias filius maachati ipsi et viri eorum. Et iurauit eis godolias filius aicham filii saphani et comitibus eorum dicens. Nolite tis mere seruire chaldeis. Habitate in terra et seruite regi babilonis. et bene erit vobis. Ecce ego habito in masphat ut respondeā p̄cepto chaldeor̄ qui mittū tur ad nos. Glos autez colligite vīnde miā et messem et oleum et condite in vasis vestris. et manete in vrbibus vestris quas tenetis. Sed et omnes iudei qui erant in moab. et in finib⁹ amon et in idumea et in vniuersis regionibus. audito q̄ dedisset rex babilonis

reliquias in iudea et quod proposuerat super eos  
godoliam filium aicham filij saphan reuersi  
lunt in qua oes iudei de vniuersis locis  
ad quod pfugerant et venerunt in terra iuda  
ad godoliam in masphat et collegerunt vi-  
num et messem multam nimis. Iohannan  
autem filius caree et omnes principes exerci-  
tus quod dispisi fuerant in regionibus. vene-  
runt ad godoliam in masphat. et dixerunt  
ei. Scito quod bahalis rex filiorum amon mi-  
sit hismael filium nathanie percutere animam tuam. Et non credidit eis godolias fi-  
lius aicham. Iohannan autem filius caree di-  
xit ad godoliam seorsum in masphat lo-  
quens. Illo et percutiam hismael filium natha-  
nie nullo scierte ne interficiat animam tuam  
et dissipetur oes iudei quod congregati sunt  
ad te. et pribunt relique iuda. Et ait godol-  
ias filius aicham ad iohannan filium caree.  
Noli facere abhunc. Falsum enim tu loqui  
ris de hismael.

XL

e **T**factum est in mense septimo. ve-  
nit hismael filius nathanie filius  
elisama de semie regali et optimas reges.  
et decem viri cum eo ad godoliam filium aicham  
in masphat. et comedenter ibi panes in  
masphat. Surrexit autem hismael filius  
nathanie et decem viri qui cum eo erant et percus-  
serunt godoliam filium aicham filij sapham gla-  
dio. et interficerunt eum quem pfecterat rex  
babylonis fratre. Omnes quoque iudeos qui  
erant cum godoliam in masphat et chaldeos  
qui repti sunt ibi et viros bellatores per-  
cussit hismael. Secundum autem die postquam occi-  
derat godoliam nullo adhuc scierte vene-  
runt viri de siche et de silo et de samaria  
octoginta viri rasi barba et scissis vesti-  
bus et squalentes et mura et thus habe-  
bant in manu ut offererent in domo domini.  
Egressus est hismael filius nathanie in oce-  
cursum eorum de masphat. incedens et pro-  
ratis ibat. Cum autem occurisset eis. dixit ad  
eos. Venite ad godoliam filium aicham. qui  
cum venissent ad medium civitatis. inter-  
fecerunt eos hismael filius nathanie circa me-  
diū laci ipse et viri qui erant cum eo. Decem  
autem viri reperti sunt inter eos qui dixerunt ad  
hismael. Noli occidere nos. quod habemus?

thesauros in agro frumenti et hordei et  
olei et melis. Et cessauit et non interfecit  
eos cum fratre suis. Lacus autem in quem pfecterat  
hismael oia cadauerayiroz quos  
percussit ppter godoliam. ipse est quem fecit  
rex asa ppter baasa rege irl. ipm replevit  
ut hismael filius nathanie occisis. Et  
captiuas duxit hismael oes reliquias plures  
qui erant in masphat filias regis et vniuer-  
sum plures qui remanserant in masphat. quod  
pfecterat nabu sardus princeps milis  
tie godolie filio aicham. Et cepit eos his-  
mael filius nathanie et abiit ut transiret  
ad filios amon. Audiuit autem iohannan filius  
caree et oes principes bellatorum qui  
erant cum eo oem malum quod fecerat hismael  
filius nathanie et assumptis vniuersis vi-  
ris pfecti sunt ut bellaret aduersuz his-  
maele filiorum nathanie. et inuenient eum ad  
aque mulitas quae sunt in gabaon. Cuiusvis disi-  
set ois plures qui erant cum hismael. Iohannan  
filius caree et vniuersos principes bellatos  
rum qui erant cum eo letati sunt. Et reuersus  
est ois plures quem cepit hismael in mas-  
phat. reuersusque abiit ad iohannan filium  
caree. Hismael autem filius nathanie fu-  
git cum octo viris a facie iohannan. et abiit  
ad filios amon. Tulit ergo iohannan filius  
caree et oes principes bellatorum qui erant cum eo.  
Vniuersas reliquias vulgi quas reduxe-  
rant ab hismael filio nathanie de mas-  
phat. postquam percussit godoliam filium aicham  
fortes viros ad plures. et mulieres et pueri  
et eunuchos quae reduxerat de gabaon.  
et abiierunt et sederunt pegrinantes in cha-  
naan quae est iuxta bethleem ut pgerent et  
introirent egipciū a facie chaldeorū. Si-  
mebant enim eos. quia percusserat his-  
mael filius nathanie godoliam filium  
aicham quem pposuerat rex babylonis in  
terra iuda.

XLII

e **A**ccesserunt oes principes bel-  
latores et iohannan filius caree.  
et ieconias filius osie et reliqui vulgi  
a partu ovest ad magnū. dixeruntque ad hie-  
remiam prophetam. Cadat oratio nostra  
in aspectu tuo et ora pro nobis ad dominum  
deum tuum pro vniuersis reliquiis istis

# Hieremias

quia derelicti sumis paci te pluribus  
sicut oculi tui nos intueni et annunciet  
nob̄ dñs de tuus viā p̄ quā pgamus. et  
v̄bū qđ faciamus. **Dixit** aut̄ ad eos hie  
remias pp̄hetas audiui. Ecce ego oro ad  
dñm deū v̄m km̄ v̄ba v̄ta. om̄e v̄būz  
qđcūq̄ r̄nderit mihi indicatores nec  
celato vos qc̄q̄. Et illi dixerūt ad hiere  
miā. **Sic** dñs inter nos testis veritatis  
et fidei. si nō iuxta om̄e v̄bū in q̄ misericordia  
te dñs deus tuus ad nos. sic faciemus  
siue bonū ē siue malū. **Vocis** dñi dei n̄fī  
ad quē mitim⁹ te obediemus ut bñ sic  
nobis cū audierimus vocē dñi dei n̄fī.  
Cū aut̄ cōp̄leti essent decē dies. factū ē  
verbū dñi ad h̄ieremiam. **Eloquitor** io/  
hannā filiū caree et oēs principes bellatorū  
q̄ erant cū eo et vniuersum pp̄lm a  
minimo v̄sq̄ ad magnū. et dixit ad eos  
Hec dicit dñs deus isrl. ad quē misisti  
me ut p̄sternerez p̄ces v̄tas in p̄spectu  
eius. **Si** q̄escētes māserit in tra hac  
edificatio vos et non destruā plantabo et  
nō euellā. Jam enim placatus sum sup  
malo. qđ feci vobis. Nolite timere a fa  
cie regi babylonis quez vos pauidi for  
midatis. Nolite metuere eū dicit dñs.  
q̄ vobiscū suz ego ut saluos vos faciā et  
eruā de manu ei⁹. et dalo vobis mias et  
miserebor v̄ti. et hitare vos faciā i terra  
v̄ta. **Si** aut̄ vixeritis vos. non hitabim⁹  
mus in tra ista. nec audiim⁹ vocem dñi  
dei n̄fī dicētes. neq̄q̄ sed ad frā egypti  
pgemus v̄bi nō videbim⁹ bellū et claus  
gorē tube nō audiemus. et famē nō sus  
stinebimus. et ibi hitabimus. ppter hoc  
nūc audite verbū dñi relique iuda. Hec  
dicit dñs deus exercitū deus isrl. **Si**  
posueritis faciē v̄tam ut ingrediamini  
egiptu et intraueritis ut ibi habitetis  
gladius quez vos formidatis. ibi cōphē  
det vos in tra egypti. et famē p̄q̄ estis  
solliciti adhærebit vobis in egypti et ibi  
moriemini. **Nēsc̄q̄** viri q̄ posuerint fa  
ciē suā ut ingrediatur egyptū ut habi  
tent ibi moriētur gladio et fame et peste  
Nullus de eis remanebit nec effugiet a  
facie mali qđ ego afferā sup eos. q̄ hec

dicit dñs exercitū deus isrl. **Sicut** cō  
flatus ē furor meus et indignatio mea  
sup hitatores hierlm. sic p̄flabis indig  
tio mea sup vos cū ingressi fueritis egi  
ptū. et eritis in iusurandū et in stupore  
et in maledictū et in obprobriū et nequa  
q̄ ultra videbitis locū istū. Clerbiū do  
mini sup vos relique iuda. Nolite intra  
re egyptū. **Sciētes** sc̄tis q̄ obtestat⁹  
sum vobis hodie. q̄ decepistis aias re  
stras. Clos enim misisti me ad dñm de  
um n̄m. dicentes. **Ora** pro nobis ad  
dñm deū n̄m. et iuxta oia q̄cūq̄ dixer  
it tibi dñs deus n̄. sic annūcia nobis  
et faciemus. Et annūciaui vobis hodie  
et nō audistis vocem dñi dei v̄i sup vni  
uersis p̄ quib⁹ n̄ sit me ad vos. Nunc  
ergo scientes sc̄tis. q̄ gladio et fame et  
peste moriēti in loco ad quē voluistis  
intrare ut h̄icaretis ibi.

## XLIII

**A**cum est aut̄ cū cōp̄lesset hie  
remias loquens ad pp̄lm vni  
uersos sermones dñi dei corū  
p̄ quib⁹ miserat eū dñs deus eoz ad il  
los oia v̄ba lcc. dixit asarias filius osie  
et iohannan filius caree et om̄es viri  
superbi dicentes ad h̄ieremiam. **Menda**  
cū tu loqueris. Non misit te dñs deus  
noster dicens. ne ingrediamini egyptū  
ut habitat illic. sed Baruch filius ne  
rie incitat te aduersum nos. ut tradat  
nos in manus chaldeorū et interficiat  
nos et traduci faciat in babylonem. Et  
nō audiuit iohannan filius caree et oēs  
principes bellatorū et vniuersus popu  
lus vocem domini ut manerent in ter  
ra iuda. sed tollens iohannan filius ca  
ree et vniuersi principes bellatorū. vni  
uersos reliquiaruz iuda qui reuersi fu  
erant de cunctis gentibus ad quas fue  
rant ante dispersi ut habitarent in ter  
ra iuda. viros et mulieres et parulos  
et filias regis et om̄ne animā quam re  
liquebat nabu sardan princeps militiē  
cum godolia filio aicham filii saphan. et  
h̄ieremiam pp̄hetam et baruch filium  
nerie. et ingressi sunt in terram egypti.  
quia non obedientnt voci domini. Et

Venerūt vscg ad taphnis. Et factus est  
sermo dñi ad hieremiam in taphnis di-  
cēs. Sume tibi lapides grādes in ma-  
nu tua et abscondes eos incripta q̄ē sub  
muro lateritio in porta domus phara-  
onis i taphnis cernētib⁹ viris iudeis. et  
dices ad eos. Hec dicit dñs exercitūz  
de⁹ isrl. Ecce ego mittā et assumā nabu  
et dono isrl rege babilonis suū meū. et  
ponā thronū eius sup lapides istos q̄s  
abscondi et statue et sonū suū super eos.  
Cleniesq; pcutiet terrā egypti. q̄s i mor-  
tem i morte. et q̄s in captiuitate i capti-  
uitatē. et q̄s in gladio i gladio. Et suc-  
cendet ignē in delubris deorū egypti et  
comburet ea et captiuos ducet illos. Et  
amicie⁹ terra egypti sicut amicie⁹ pastor⁹  
pallio suo et egredie⁹ inde in pace. Et  
pteret statuas domus solis q̄ sunt i ter-  
ra egypti. et delubra deorū egypti combur-  
ret igni.

XLIII

v Ecbū qđ factū ē ad hieremiam  
et ad oēs iudeos q̄ hitabant in  
terra egypti hitantes in magdalo et in  
taphnis et in mēphis et in tra phatures  
dicēs. Hec dicit dñs exercitūz de⁹ isrl.  
Gos vidisis oē malū istud qđ ad  
duxī sup hierlm et sup oēs vrbes iuda.  
et ecce te serete sunt et nō ē in eis habita-  
tor⁹ ppter malitiā quā fecerūt vt me ad  
iracūdiā prouocaret. et irent et sacrificas-  
sent et colerent deos alienos q̄s nescie-  
bat et illi vro⁹ et patres vti. Et misi ad  
ros oēs seruos meos prophetas de nocte  
cōlurgēs mittēsc⁹ et dicēs Molite face-  
re vrbū alominationis huiuscmodi.  
Et nō audierūt nec inclinauerūt aurē  
suā vt querterētur a malis suis et nō sa-  
crificaret dijs alienis. Et vflata ē indig-  
tio mea et furor me⁹. et successa ē i ciuita-  
tib⁹ iuda et i plateis hierlm. et vse sunt i  
solitudinē et vastitatē fm viē hanc. Et  
nūc hec dicit dñs exercitūz de⁹ isrl. q̄te  
vro⁹ facitis maluz grāde⁹ aias vras vt  
intereat ex rob⁹ vir⁹ et mulier puulus. et  
lactēs de medio iude. nec relinqetur ro-  
bis qđ residiū p̄uocātes me in opib⁹  
manū v̄az sacrificādo dijs alienis in

terra egypti in quā ingressi estis vt hai-  
bitetis ibi et dispereatis. et fitis in male  
dictionem et in obprobriū cunctis gen-  
tib⁹ tre. Nūqd oblita estis mala patrū  
v̄oz et mala regū iuda et mala v̄ox eo-  
rū et mala v̄ta et mala v̄ox v̄az q̄ sece-  
runt in tra iuda et in regionib⁹ hierlm.  
Nō sunt mūdati vscg ad viē hāc et non  
timuerūt et nō ambulauerūt in lege do-  
mini et in p̄ceptis meis q̄ dedi corā rob⁹  
et corā p̄rib⁹ v̄is. Ideo hec dicit domi-  
nus exercitūz deus israel. Ecce ego po-  
nam faciē meā in robis in malū. et disp-  
dam oēm iudaz. Et assumā reliqā iu-  
de q̄ posuerūt facies suas vt ingredere  
tur terrā egypti et hitarēt ibi. et plumen-  
tur oēs in terra egypti et cadēt in gladio  
et in fame. Consumenf a minimo vscg  
ad maximū. in fame et gladio moriētur.  
et erūt in iusiurandū et in miraculū et in  
maledictionem et in obprobriū. Et vi-  
sitalo sup hitatores terre egypti. sicut  
visitaui hierlm in gladio et fame et peste  
et nō erit q̄ effugiat et sit residuum de re-  
liquijs iudeorū. q̄ vadūt vt pegrinētur i  
terra egypti et reuertātur in terram iu-  
da. ad quā ipi eleuāt aias suas vt reuer-  
tanf vt habitet ibi. Nō reuertētur nisi  
qui fugerint. R̄siderūt autēz hieremie  
oēs viri sc̄iētēs q̄ sacrificarent vroxes  
eoꝝ dijs alienis et vniuerse mulieres q̄  
rū stabant multitudō grādis. et ois ppls  
habitantū in terra egypti in phatures  
dicēs. Sermonē quem locutus es  
ad nos in noīe dñi non audiēmus exte  
sed faciētes faciem⁹ om̄ne vrbū qđ egre-  
die⁹ de ore n̄o. vt sacrificemus regine  
celi. et libemus ei libamina sicut fecim⁹  
nos et p̄es n̄ei reges n̄ei et principes no-  
stri. in vrbib⁹ iuda et in plateis hierlm.  
et saturati sum⁹ panib⁹ et bñ nobis erat  
malūq; nōvidimus. Ex eo autē tpe quo  
cessauimus sacrificare regie celi et liba-  
re ei libamina. indigimus om̄nib⁹. et gla-  
dio et fame cōsumpti sumus. q̄ si nō sa-  
crificamus regine celi. et libamus ei li-  
bamina. nunquid sine viris nostris fa-  
ciemus ei placental ad colendum eam

# Hieremias

7 libamina ad libandū. Et dixit hieremias ad omnē p̄plm aduersum viros 7 aduersum mulieres 7 aduersus vniuersam pletem q̄ r̄nderat ei verbū dicens Nūqđ nō sacrificiū qđ sacrificasti i ciuitatib⁹ iuda 7 in plateis hierusalē ros 7 p̄es v̄ti. reges v̄ti 7 principes v̄ti et p̄plus fr̄. hoc recordatus ē dñs 7 ascēdit sup̄ cor eius. Et nō poterat dñs v̄l, tra portare ppter maliciā studioꝝ v̄top. 7 ppter alvinationes q̄s fecisti. 7 facta ē tra v̄ta in desolatione 7 in stupore 7 in maledictū. eo q̄ nō sit hitator sicut est dies hec. Propterea q̄ sacrificaueritis idolis 7 peccaueritis dño 7 nō audieritis vocē dñi 7 in lege 7 in p̄ceptis 7 i te, stimonijs eius nō abulaueritis. idcirco euenerūt mala hec. sicut est dies hec. Dixit aut̄ hieremias ad omnē p̄plm. et ad vniuersas mulieres. Audite v̄bū dñi minis oīs iuda q̄ estis i terra egypti. Hec inq̄ dñs exercituū de' isrl dicēs. Clos 7 v̄xores v̄te locuti estis ore v̄to. 7 manib⁹ v̄is implestis dicētes. Faciamus rotu nra q̄ v̄ouimus vt sacrificem⁹ re gine celi 7 libem⁹ ei libamia. Implestis opa v̄ta 7 ope ppetrasti ea. Ideo audi te verbū dñi c̄s iuda q̄ hitatis in terra egypti. Ecce ego iuraui in nomine meo magno ait dñs. q̄ neq̄q̄ v̄ltra vocabis nomine meū ex ore oīs viri iudei dicētis viuit dñs deus in oī terra egypti. Ecce ego vigilato sup̄ eos in malū 7 i bñtū. 7 psumenſ oēs viri iuda q̄ sunt in terra egypti gladio 7 fame donec peitus psumantur. Et q̄ fuderint gladium. reuertetur de terra egypti in terrā iuda viri pauci. 7 scient oēs reliq̄ iuda ingredientium terrā egypti vt habitet ibi. cui? fmo cō pleat me?. an illoꝝ. Et h̄ v̄b signuz ait dñs q̄ visitē ego sup̄ vos in loco istoꝝ sciatis q̄ vere cōplebiſ fmones mei 5 vos in malū. Hec dicit dñs. Ecce ego tradā pharaonē ephree regem egypti i manu inimicorū eius 7 in manu q̄retū animā illius. sicut tradiſi sedechiā regem iuda i manu nabuchodonosor regis babylonis inimici sui 7 q̄rentis an-

nam eius:

XLV

Erbū qđ locutus ē hieremias p̄pheta ad baruch filū nerie cū scripsisset verba hec in libro ex ore hieremie āno q̄rto ioachim filij iosie regis iuda dicēs. Hec dicit dñs de' isrl ad te baruch. vñisti. Cle misero mihi qm̄ addidit dñs dolorē dolori meo. Labravi in gemitu meo 7 req̄em non inueni. Hec dicit dñs. sic dices ad eū. Ecce q̄s edificaui ego destruo. 7 q̄s plataui ego euello. vñiuersam terrā hāc. Et tu q̄ris tibi grādia. Noli q̄rere. q̄z ecce ego adducā malū sup̄ oēm carnē ait dñs. 7 dabo tibi q̄iam tuā in salutem in omnib⁹ locis ad quecūq̄ prexeris.

Cod factū est verbū XLVI

q̄ dñi ad hieremiam p̄phetam contra ḡetes. Ad egyptū. aduersus exercitū pharaonis nechao regi egypti. q̄ erat iuxta fluvū eufratē in charchas mis quē percussit nabuchodonosor rex babilonis in q̄rto anno ioachim filij osie regis iuda. Prepare scutū 7 clipeū 7 pcedite ad bellū. Jūgite eōs. 7 ascendite eōtes. state in galeis. polite lanceas. induite vos loricas. Quid igitur. Clidi ipos. pauidos et terga vertentes fortis eōꝝ celos. Fugerūt cōciti. nec respexit terror vñdicis ait dñs. Non fugiet v̄lor. nec saluari se putet fortis. Ad aq̄los nē iuxta flumē eufratē victi sunt 7 ruerūt. Quis est iste q̄ quasi flumē ascendiit 7 veluti fluviorū intumescūt gurgites eius. Egipt⁹ flumis instar ascēdit 7 velut flumia mouebūtur fluctus ei⁹ 7 dicet. Ascendēs opiam fram pdā ciuitatē 7 habitatores eius. Ascendite eōs 7 exultate in currib⁹. et procedat fortis ethiopie 7 libie tenētes scutū 7 lidi arripientes 7 iaciētes sagittas. Dies autē ille dñi dei exercitūz dies vltionis. vt sumat vindictā de inimicis suis. Deuorabit gladius 7 saturabitur. 7 inebriabitur sanguine eorum. Victima enim domini exercitūm in terra aquilonis. iuxta flumē eufraten. Ascende in galad. et tolle resinam virgo filia egypti.

Frustra multiplicas medicamina. sanitas nō erit tibi. Aliudierūt gentes ignominia et vulnus tuus repleuit terras. Quia fortis impedit in fortem et ambo pariter cōciderūt. Clerbū qd locutus est dñs ad hieremiam pplexā sup eo q venaturus esset nabuchodonosor rex babilonis et pecusurus trām egypti. Annūciate egypto et auditū facite i magdalo et relonet i mēphis et i taphnis dicite. sta et ppā te qd te uerabit gladius ea q p cū cumitū tuū sunt. Quare cōputrūt for tuū tuū. nō stetit. qm dñs subuertit eū. Multiplicauit ruētes. ceciditq' vir ad primū suū. Et dicēt. Surge. et reuertamur ad pp̄lm nēm et ad terrā nativitatis a facie gladij colubrē. Elocate nos men pharaonis regis egypti. tumultū adduxit tpus. Cuius ego iūqt rex. dñs exercituū nomē eius. qm sicut tabor in mōtib⁹ et sicut carmelus in mari vēiet. Clasa trāsmiḡtōnis fac tibi habitatrix filia egypti. qd mēphis i solitudine erit et deseretur et inhibitibilis erit. Titula elegas atz formosa egyptus. stimulator ab aqlone vēiet ei. Mēcenarij qz el⁹ q ver sabātur in medio el⁹. qfī vituli saginati versi sunt et fugēt simili. nec stare potuerūt. qd dies intersectionis eoz vēit sup eos. tpus visitationis eoz. Vox el⁹ qfī eris sonabit. qm cū exercitu pperabunt et cū securib⁹ vēiēt ei. Quasi cedētes ligna succiderūt saltū eius ait dñs qui suppūtari nō pōt. Multiplicati sunt super locustas. et nō ē eis nuerus. Confusa est filia egypti. et tradita in manus pp̄li aglonis dicit dñs exercituū. deus israel Ecce ego visitabo sup tumultū aleans drie et sup egyptū et sup deos ei⁹ et sup reges eius et sup pharaonē et sup oēs qui fidūt in eo. et dabo eos in manus qren tuū aliam eoz. et in manus nabuchodonosor regis babilonia et in manus suo rū ei⁹. Et post hec hitabif sicut diebus p̄stinis ait dñs. Et tu ne timeas serue meus iacob. et ne paureas israel. quia ecce ego saluū te faciā de longinquō. et i ement tuū de terra captiuitatis tue. Et

revertetur iacob et requiescat et psp̄bitur. et nō erit qui exterreat euū. Et tu noli timere serue meus iacob ait dñs. qd tecū ego sum. qd ego cōsumā cūctas gentes ad quas eleci te. Te vero nō cōsumā sed castigalo te in iudicio nec qdī innocentī parcā tibi.

XLVII

God factū ē verbū dñi ad hies  
q remia pphētā ī palestinos. an/  
q p̄cuter et pharao gasan. Hec  
dicit dñs. Ecce aq' ascendent ab aqlone  
et erūt quasi torres in mundās et operiēt  
terrā et plenitudinē eius. vrbem et habi  
tatore eius. Clamabūt homines et vulu  
būt oēs habitatores frē a strepitu pō/  
pe armoz et bellatop eius a cōmotione  
qdrigaz eius. et multitudine rotaz illi⁹.  
Nō respexerūt p̄tēs filios manib⁹ disso  
luti⁹. p aduētu diei in q vastabūt oēs  
philistijm. et dissipabīt cirrus et sidon cū  
oib⁹ reliquis auxilijs suis. Depopu  
latus ē em dñs palestinos reliquias i/  
sule cappadotie. Venit caluitū sup ga  
san. conticuit ascalon. et reliqē vallis ea/  
rū. Uscquo concideris. Mūcro dō  
mini. uscquo nō quiesces. Ingredere  
in vaginā tuaz. refrigerare et file. Quō  
qescet cū dñs p̄cepit ei. aduersus asca  
lonē et aduersum maritimas eius regi  
ones. ibiq' cōdixerit illi.

XLVIII

Moab. Hec dicit dñs exerci  
a tuū deus israel. Ne super nalo  
qm̄ vastata ē et confusa. Capta  
est cariathiarim confusa est fortis et tre  
muit. Non est vltra exultatio in moab  
contra eselon cogitauerūt malū. Veni  
te et dispdamus eam de gēte. Ergo fili  
ens cōticesces seq̄turgē te gladius. vox  
clamoris de oronaim vastitas et contri  
tio magna. Contra est moab. annūci  
ate clamorē p̄uulis eius. Per ascensuz  
em̄ luit̄ plorās ascēdet in fletu. qm̄ in  
descensu oronaim hostes vulnūt cōtri  
tionis audieūt. Fugite saluātē animas  
vēstrās. et eritis quasi mirice in deserto  
Pro eo em̄ q̄ habuisti fiduciā in muni  
tionibus tuis et in thesauris tuis. tu qz  
caperis. Et ibit chamos in trāsmigra

# Hieremias

tionem: sacerdotes ei<sup>r</sup> et principes eius simul. Et veniet predo ad oēm urbem et urbs nulla saluabit. Et pibūt valles et dissipabunt campesaria: qm̄ dixit dñs. Date florem moab: qz flores egredieſ. et ciuitates eius deserterunt et inhabita biles. Maledictus q̄ facit opus dñi frau dulenter. et maledictus q̄ phibet gladi um suū a sanguine. Fertilis fuit moab ab adolescētia sua. et requieuit in secib⁹ suis. nec transfusus ē de vase invas⁹ et in transmigrationem nō abiit. Idcirco p̄mā sit gustus ei<sup>r</sup> in eo: et odor ei<sup>r</sup> non est imutatus. Propterea ecce dies veniunt dicit dñs et mittā ei ordinatores et stra tores laguncularū et sternent eū et vase ei<sup>r</sup> exhauriēt lagunculas eorū collident. Et confundet moab a chamos sicut cō fosa est dñm israel a bethel i q̄ habebat fiduciā. Quō dicitis. fortes sum⁹: et viri robusti ad preliadū. Clastata ē moab et ciuitates illius succēderunt. et electi iu uenes eius descendērūt i occisione zaiter dñs exercituū nomen eius. Prope est interit moab ut veniat. et malum ei<sup>r</sup> velociter accurret nimis. Cōsolamī eū oēs q̄ estis in circuitū ei<sup>r</sup>. et vniuersi q̄ satis nomē eius. dicite. Quomō cōfra cta ē virga fortis: baculus gloriosus: Descēde de glia et sede in siti habitatio filie dylon: qm̄ vastator moab ascendet ad te: dissipabit munitōes tuas. Invia sta. et pspice habitatio aroer. Interro ga fugientē et ei q̄ euasit: dic qd accidit. Cōfusus est moab qm̄ victus est. Tulli late et clamate annunciate in arnon qm̄ vastata est moab. et iudicium venit ad terrā campestrē sup elon et sup iasa et sup mephat et sup dylon et sup nalo et sup domū deblataim et sup cariathaim et sup bethgamul et sup bethmaon et sup carioth et super losra. et sup oēs ciuita tes terre moab q̄ longe et ppe sunt. Abscisum est cornu moab et brachii ei<sup>r</sup> cō tritū ait dñs. Inebriate eum: qm̄ atra dñm erect⁹ est. Et allidet manū moab in vomitu suo. et erit in derisum etiam ipse. Fuit enī in derisum tibi israel: q̄ si

inter fures repperisses eū. Propter ver ba ergo tua q̄ aduersum illa locutus es: captiuus duceris. Relinquite ciuitates et habitate in petra habitatores moab. et estote quasi colubā nidificās in sum mo ore foraminis. Audiuitus superbiam moab. Supbus est valde. Sublimitatē ei<sup>r</sup> et arrogantiā et supbiā et altis tudinē cordis ei<sup>r</sup> ego scio ait dñs. Jactatiā ei<sup>r</sup> eo q̄ nō sit iuxta eā virt⁹ eius nec iuxta qd poterat conata sit facere. Ideo sup moab eū labo et ad moaby niuersam clamalv: ad viros muri fictilis lamenta tes. De placu iacer ploralo tibi vinea sabama. Dropagines tue transferūt marē: vscq ad mare iacer puenerunt. Sup messem tuā et vindemiam tuā p̄do irruit. Ablata est leticia et exultatio de carmelo et de terra moab. et vinū de torcularib⁹ sustuli. Nequaq̄ calcator vne sollicituz celeuma cātabit. De clamore eselon vscq' eleale et iasa tederūt vocē suā a segoz vscq ad oronam vitulā cōternantē. q̄ vero nemrim pessime erūt. Et aufer de moab ait dñs offerentē in excelsis et sa crificantē diis eius. Propterea cor meum ad moab q̄ si tibia eris resonabit. et cor meū ad viros muri fictilis dabit sonitū tibiarū: qz plus fecit q̄ potuit idcirco perierūt. Omne enī caput calvium et oīs barba rasa erit. In cūctis manib⁹ colligatio. et sup omne dorsum cilitium. Et sup oīa tecta moab et in plateis ei<sup>r</sup> oīs planct⁹: qm̄ cōtriui moab sicut vas inutile ait dñs. Quō victa est et vula vierunt: Quō deiecit cervicē moab et cōfusus est. Errat moab in derisum. et in exemplis omnib⁹ in circuitu suo. Hec dicit dñs. Ecce q̄si aqla volabit. et extendet alas suas ad moab. Capta est carioth: et munitionēs cōprehense sunt. Et erit cor fortū moab in die illa sicut cor mulieris parturientis. Et cessabit moab esse populus: qm̄ cōtra dominū glo riatus est. Pauor et fouea et laqueus super te o habitatoꝝ moab ait dominus. Qui fugerit a facie pauoris cadet in foueam. et qui conscenderit de fouea cas

pietur laqueo. Adducā enī sup moab  
annū visitatōis eoz ait dñs. In om̄bra  
eselvō stererūt de laqueo fugietes. quia  
ignis egressus est de eselvō. et flamma  
de medio seon. et deuorauit pte moab et  
verticē filioz tumultus. Ue tibi moab.  
Repercisti pple chamos qz apprehēsi sūt  
filiū tui et filie tue in captiuitatē. Et cō/  
uertā captiuitatē moab i nouissimis die  
bus ait dñs. Hucusqz iudicia moab.

D filios āmon. Hec **XLIX**

a dicit dñs. Nunqđ nō filij sunt  
israel: aut heres non est ei. Cur  
igis hereditate possedit melchō gad et po  
pulus ei? i vrbib⁹ eius h̄itauit. Ideo ecce  
dies veniūt in te: dicit dñs. et auditū fa  
ciā sup rabbath filioz ammō fremitū p  
li. Et erit i tumulū dissipata: filieqz ei?  
igni succendens. et possidebit israel pos  
sessores suos ait dñs. Ullula esebo: qm̄  
vastata est hai. Clamate filie rabba ac  
singite vos cilitijs. Plagite et circuīte p  
sepes. qm̄ melchon in transmigrationē  
duceſ: sacerdot es ei? et pncipes ei? simul  
Quid glaris i vallib⁹. Defluit vallis  
tua filia delicata: q̄ cōſidebas in theſau  
ris tuis: et dicebas. Quis veniat ad me  
Ecce ego induca ſup te errorē ait dñs  
deus exercituū ab oib⁹ q̄ ſūt in circuitu  
tuo. et disp gemini ſinguli a cōſpectu re  
ſtro: nec erit q̄ ḡreget fugietes. Et post  
hoc reuerti faciā fugietes et captiuos fi  
lioz āmon ait dñs. Ad idumeā. Hec di  
cit dñs exercituū. Nunqđ non vltra eſt  
ſapiētia in themā. Heret pſiliū a filijs.  
Inutilis facta eſt ſapia eorū. Fugite et  
terga vertite. deſcēdite in voragine habi  
tatores te dan: qm̄ pditionē eſau adduxi  
ſup eū. tps visitationis eiu?. Si vinde  
miatores eius veniſſent ſup te: nō relin  
quifſent racemū. ſi fures in nocte rapu  
iſſent q̄ ſufficeret ſibi. Ego vero diſcoo  
perui eſau: reuelauit abſcondita eius et ce  
lari nō poterit. Elatatuū eſt ſemen eius  
et fratres eius et vicinie eius et nō erit.  
Relinque pupillos tuos. et ego faciam  
eos viuere. et vidue tue i me ſperabit  
qz hoc dicit dñs. Ecce quib⁹ nō erat iudi

cūſſi ut biberet calicē. bitentes bibent  
et tu q̄ſi innocens relinqueris. Nō eris  
innocens: ſed bibens bibes. Quia p me  
metipm̄ iurauit dicit dñs: p in ſolitudi  
nē et in obprobriū et in defertū et in ma  
ledictionē erit loſta: et oēs ciuitates eī  
erūt in ſolitudines ſempiternas. Audi  
tū audiū a dñſo et legat̄ ad gentes miſ  
fis ſum. Cōgregamini et venite cōtra  
eā. et cōſurgam? in preliū. Ecce enī par  
uulū dedi te in gentib⁹: cōtemptibile in  
ter hoies. Arrogātia tua decepit te et ſup  
bia cordis cui: qui habitas i cauernis pe  
tre. et apprehēdere niteris altitudinem  
collis. Cū exaltaueris quaſi aqla nidum  
tuū. inde detrahaz te dicit dñs. Et erit  
idumea deferta. Ois qui trāſhibit per eā  
ſtupebit. et ſibilabit ſup oēs plagaſ ei?  
ſicut ſubuersa eſt ſodoma et gomora et  
vicine eius ait dñs. Nō habitabit ibiyr  
et nō incoleat eā filius ſuis. Ecce q̄ſi leo  
aſcēdet de ſupbia iordanis ad pulcritudi  
nem robustā: qz ſubito currere faciā euz  
ad illam. Et quis erit electus quē ppo  
nam ei. Quis enī ſimilis mei. Et quis  
ſuſtinebit me. Et quis eſt iſte paſtor q̄  
reſiſtat vultui meo. Propterea audire  
cōſiliū dñi qd innt de edom. et cogitatō  
nes eius quas cogitauit de habitatori  
bus themā. Si nō deiecerint eos pūli  
gregis niſi diſſipauerint cū eis habita  
culū eoz. A voce ruine eoz cōmota eſt  
terra: clamor in mari rubro auditus eſt  
voſis eius. Ecce q̄ſi aqla aſcēdet et euſ  
labit. et expādet alas ſuas ſup loſta. Et  
erit cor fortū idumee in die illa. q̄ſi cor  
mulieris pueriētis. Ad damascū. Cōſu  
fa eſt emath et arphat. quia auditū pefſi  
mū audierūt. Turbati ſunt in mari. p̄e  
ſollicitudine quiescere nō potuit. Diſſo  
